+

Roboratoria Castrensi Petricoviensi, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti a præfato Magnifico Castellano Cruswicensi præstitam satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumq́ et absolutum perpetuo pronuntiat, Contractum eundem cum eius Inscriptione Roboratoria in toto et per omnia, cassat, mortificat et annihilat præsentibus sibi suisq́ posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

Rusiecki Gorayskiego Quietat

1079

Comparentes personaliter Coram officio Actisq́ præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Stanislaus Rusiecki et Marianna Modzielowska Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iudicibus Iurisdictionibusq́ quibusuis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse.

1080

recognouit. Quia ipsi et quidem Generosa Rusiecka Consors cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris Coniugalis personali assistentia, et Vltroneo ad infrascripta reco:gnoscenda Consensu, Generosum Josephum a Goray Gorayski et eiusdem Succesores de Summa Quatuor Millium Florenorum Polonicalium sibi Recognoscen:tibus per eundem Suprascriptum Generosum Gorayski Actis officy praesentis in Anno Millesimo Sexcentesi:mo Septuagesimo ipso proxime praeterito inscripta et super bonis Juribus ipsius Subiectis, nimirum tota et inte:gra Villa Kramarzowka dicta in Terra et Districtu prae:senti Praemysliensi iacente et consistente de biennio ad biennium modo obligatorio ad Soluendum assecurata nec non de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Castren:si Praemysliensi sub in tenore Cautioni, ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscentibus in praemissis praesti:tam satisfactionem, Summae Suprascriptae Quatuor Milli:um Florenorum Polonicalium realem ac effectiuam persolutionem, quietant, emittunt, dimittunt, liberumque et absolutum faciunt, et perpetuo pronunciant, Inscripti:onem eandem obligatoriam, in omnibus illius Contentis et Conditionibus, atque ligamentis in toto et per o:omnia Cassant, mortificant, et annihilant praetendentibus sibi Suisque posteris ratione praemissorum perpetu:um imponendo Silentium

Feria Tertia

Rewspi